Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ut fiat pax in virtute tua. Fiat
sedimq; dominus est ei. Sic erit
semen tuum sicut stellae caeli. et
arena maris. Et non infir
matus est fide. nec consideravit
corpus suum iam mortuum
cum fere centum annorum esset
et emortuum volvat sarae.
Gaudebunt labia mea cum
cantaverit tibi. Et anima mea
quam redemisti domine. Sed et lin
gua mea meditabitur justitiam
tuam tota die laudem tuam. Fiat
In repromissione sexta
enim dei non haesitavit
diffidens. sed confortatus est
fide dans gloriam deo plenis
sime sciens quia quecumq;
promisit potens est facere. idq;
reputatum est illi ad justitiam.
Tu. Confitebor tibi domine cum me
o toto corde meo et honorificabo no
men tuum in aeternum. Quia magna misericor
dia tua super me. Et eripuisti
animam meam ex inferno inferiori.
Non est autem scriptum lectio
tantum propter ipsum. quia
reputatum est ei ad justitiam.
Sed et propter nos quibus reputa
bitur credentibus in eum. qui
suscitavit dominum nostrum
ihesum christum domi
num nostrum. qui traditus
est propter delicta nostra et resur
rexit propter justificationem nostram.
Tu. Misericordia tua domine
magna est super me. Et liberasti am
mam meam ex inferno inferiori.
Deus quoniam insurrexerunt in me
et fortes quaesierunt animam meam. Ibidem
Justificati igitur ex fide pa
cem habemus ad dominum nostrum
ihesum christum. per quem et accessum habemus per fi
dem in gratiam istam in qua stamus
et gloriamur in spe gloriae filio
rum dei. Tu. Factus es mihi domine
in refugium et deus meus in adjutorium
meum spes mea. Deus misericordiae domi
deus misericordiae erit. Habitaculo
Non solum autem
sed et gloriamur in tribula
tionibus scientes quod tribulatio
patientiam operatur. Patientia
autem probationem. Probatio autem
spem. Spes autem non confun
dit. quia caritas dei diffusa
est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis. Tu.
Misericordias et iudicium cantabo te
domine psallam et intelligam in via im
maculata quando venies ad me. Per
ambulabam in innocentia cordis